M0002887: Page from Liber additamentorum

Publication/Creation

17 March 1932

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/hk9y27vw

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

De adquisitis autem memoratis de assig
pronum est a dicto priore de Binham nacione
et conuentu suo de consensu domini Johannis
abbatis de sancto albano: ut ad inueniendum uinum
in minucione monachorum de Binham percipi
at cellararius qui pro tempore fuerit: quinque marcas.
ad pascha de ecclesia de parua Riburg. Et ad
inuenimentum mandati pauperum die cene
percipiat elemosinarius qui pro tempore fuerit
dimidiam marcam de molendino ad uentum
de Welles: ad natale. Et ad inueniendum
duo coopertoria et tres stragulas in conuentu
percipiat camerarius qui pro tempore fuerit unam
marcam de molendino ad uentum de Egel
feld: ad natale. Et ad eundem terminum:
dimidiam marcam de molendino de Welles.
Ita quod duo coopertoria sint precium unius marce
Et tres stragule precium dimidie marce. Preterea
cum conuentus de Binham non haberet gruellum
de consuetudine: constituit ut de ecclesia de
Riburg quam adquisiuit gruellum habeant
cotidie. Similiter de caseo inuiolabiliter et de
ficiente fieri constituit. Mag. Joh. de Albo fori cis.

Ostendam sermone breui quare rubis sit abbas
Ut placeat mentem. non ut aduler ei
Unde quod hic perhibent duo nomina scilicet ista
Quod fit Willerum. deque tonante tuba
Et res manifesta subest. primordia cur hec
Hoc alii. cur hunc non aliunde trahat
Mos est cum tuba tonat: arma parantur: termos
Velle facit galeam tubicen ille sonus
Ergo tonante tuba galee datur in voluntas
Hic est Willerum. sic duo prima patent
Vere res ortum trahit. et de nomine nomen
Hic eius causa ordinis ordo dedit
Hoc eidem uero diuisa priori
Consonat et penitus alterum illud idem
Hec tamen est eadem. Willerum cum quasi uillo
Ermos id est uille tutor. et ecce modus
Spiritualis habet eius hostes uilla. decoris
Insidias. mundi friuola. carnis opus.
Hic superat tria monstra. fide prosternit hostem
C[illegible] mundus. sobrietate caro.
Dissui de nominibus. m[illegible] dissat ipse
De rebus. voces eedem rebus habent



Anulus magnus De anulis et
cuius casto huius gemmis et pallis que
scemate est atque sunt de thesau
magnitudinis con ro huius ecclesie
tinens unam gemmam in medio sinubeam et ob
longam videlicet: dictam vulgariter rubibalois
et plures gemmulas in eius circuitu. in quo et castone
insculpuntur duo versus cum hoc nomine Johannis: fuit
nobis adquisitus per dominum Hamonem quondam huius
ecclesie sacristam et camerarium. Hunc autem a
nulum contulit nobis dominus Johannes de Crundale dicti
domini Hamonis auunculus monachus ecclesie sancte Tri
nitatis Cantuarie et sacrista. et quondam capel
lanus domini Cantuariensis archiepiscopi Stephani. De cuius
dono ipse dominus Johannes illum anulum tanquam donum
preciosum suscepit memoratum. Promisit autem
conuentus huius ecclesie dicto domino J. ut audito obitu
eius: tantum fieret pro anima eius: quantum pro anima huius
ecclesie monachi. Pondat autem dictus anulus &
triginta duos denarios. Anulo cum alamandi 144



Anulus continens gemmam rubeam inten
si coloris. que vulgariter alamandina
dicitur: est de veteri thesauro huius ecclesie. de
putatus usui domini abbatis quicumque fuerit
est in capitulis. Dictus autem anulus castonem
habet scematis illius quod pingitur in principio huius
capituli. Et insculpuntur eidem anulo hec
littere. In capite et cruce in aduersa parte castonis.
Pondat autem xii. denarios. De lapide purpu



Anulus quem iterum dominus rei coloris.
Hamo de quo sepius fecimus mencionem
dedit conuentui: castonem rotundum
habet cum quatuor tenaclis gemmam purpu
rei coloris continentem. consimilem ametisto.
In castone quem nomen datoris insculpitur nigel
latum. fuerat autem anulus Cantuariensis archiepiscopi S.
Pondat utique nouem denarios. De anulo continente



Anulus iste cuius scema in hoc topazium.
loco figuratur: est de antiquo thesauro
huius ecclesie. continens gemmam oblongam colo
ris cerulei. videlicet topazium. De
putatur autem usibus domini abbatis quicumque fuerit
est in albis. Iesus hic quidem castonis parte interiori in
sculpitur A. et I. Pondat autem xiiii. denarios De



Hunc lapidem preciosum gemma s. sa
videlicet saphirum coloris aerei phiro
nitentis dedit dominus Thomas quondam